# PROF. CHRISTOPH TOBIAS WIEDEBURG

| | |
|---|---|
| Fakultät | Theologische Fakultät |
| Geboren | 1647 in Halberstadt |
| Gestorben | 1717 in Helmstedt |
| Kurzvita | Phil. o. Prof. d. Mathematik in Helmstedt (1679–1697); Theol. Prof. d. Dogmatik und Moral in Helmstedt (1697–1717); |
| Studium in Helmstedt | Immatrikulation in Helmstedt: Christophorus Tobias Wideburg Halberstadiensis (19.04.1664) |
| Ehefrauen | Elisabeth Wiedeburg geborene Hasenbein, Heirat 1681 |
| Porträt | HAB: A 23955 \| A 23956 \| A 23954 |
| Quelle | Ahrens 2004, S. 253 f. |
| GND | https://d-nb.info/gnd/117352748 |
| Permalink | https://uni-helmstedt.hab.de/prof-240-wiedeburg |

## Lehrstühle

1679–1697 Lehrstuhl für Mathematik, Helmstedt

1697–1717 Lehrstuhl für Dogmatik / Moral, Helmstedt

1700– Lehrstuhl für Kontroverstheologie, Helmstedt

## Akademische Ämter

1689–1690: Universität Helmstedt, Prorektor

1695–1695: Universität Helmstedt, Prorektor

1700–1700: Universität Helmstedt, Prorektor

1708–1708: Universität Helmstedt, Prorektor

1716–1716: Universität Helmstedt, Prorektor

## Vorlesungen (139)

[...] In privato auditorio Geographiam tradet, ac Arithmetices praecepta breviter & perspicue explicabit., Wintersemester 1679/1680

Christophorus Tobias Wideburgius propediem lectiones publicas a rerum coelestium contemplatione auspicabitur, propositurus ea quae ad ortus & occasus siderum, dierum ac noctium vicissitudines, aliave quae primus stellarum motus exhibet, pertinent. Quoties coelum favebit, stellarum situs ac ordines commonstrabit, atque harum rerum studiosos ad observanda phaenomena praeparabit. [...] Docet hora octava., Wintersemester 1679/1680

In domestico auditorio Geographiam absolvet [...]., Sommersemester 1680

[...] & Geometriae principia ita explicabit, ut praxin in campis vicinis crebris exercitijs ostendat., Sommersemester 1680

HERZOG AUGUST BIBLIOTHEK

Christophorus Tobias Wideburgius lectionib[us] Astronomicis subjunget fundame[n]ta & usum eoru[m] quae ad computi Ecclesiastici pertinent. His absolutis Mechanicam auspicabitur, machinarum cum simplicium tum compositarum structuras & vires ex genuinis principiis demonstraturus. [...] Docet hora IIX., Sommersemester 1680

In privato auditorio Opticam tradet, disciplinarum Mathematicarum usum in inquisitione rerum naturalium ostendet, quamve in aliis Matheseos partibus nonis Studiosorum pollicitus est operam fideliter praestabit., Wintersemester 1680/1681

Christophorus Tobias Wideburgius absoluta priore Mechanices parte, posteriorem subjunget, machinarum cun simplicium tum compositarum vires publice examinaturus. Hoc facto, Astrognosiam proponet, & quoties caelum Astronomiae cultoribus favebit, siderum positus in coelesti regione monstrare perget. [...] Docet hora VIII., Wintersemester 1680/1681

Christoph. Tobias Wideburgius machinarum cum simplicium, tum insigniorum compositarum publicam instituet considerationem, singularum structuras, & multiplicem, quem hominum vitae praestant, utilitatem examinaturus. [...] Docet hora II., Sommersemester 1681

[...] In domestico auditorio praeter Arithmeticam Geometriae & Architecturae militaris fundamenta ita proponet, ut in vicinis campis auditores suos ad praxin manuducat., Sommersemester 1681

Privatim ad finem deductis exercitiis Geometricis, Arithmetices elementa tradet, & Astronomiam ita docebit, ut subinde siderum ordines in coelo ostendat, aliisque exercitiis Mathematicis studiosae juventutis desideriis prompte inserviat., Wintersemester 1681/1682

Christophorus Tobias Wideburgius Opticam proponet: & hac absoluta, libri primi elementorum Euclidis publicam instituens analysin demonstrationum Mathematicarum indolem declarabit. [...] Docet hora II., Wintersemester 1681/1682

In domestico auditorio Arithmeticam & Geographiam explicabit., Sommersemester 1682

Disputationem quoque unam atque alteram Mathematicam publico examini subjicet., Sommersemester 1682

Christoph. Tobias Wideburgius Geometriam practicam tractandam suscipiet, usum eorum quae proposuit Mercurii & Sabbathi diebus in vicinis campis ostenturus. His vero absolutis subjunget Staticam., Sommersemester 1682

Christophorus Tobias Wideburgius doctrina statistica ad finem deducta Astronomiam perspicue proponet, & multiplicem qui ex hac in Ecclesiasticum & civilem computum redundat usum ostendet. Quoties etiam coelum Astronomis facebit, siderum positus in coelo monstrare, & ad coelestes observationes Auditores praeparare non intermittet. [...] Docet hora secunda., Wintersemester 1682/1683

In domestico auditorio disciplinarum mathematicarum usum in rerum naturalium pervestigatione monstrabit, aliisve studiosorum desideriis lectiones suas accommodabit., Wintersemester 1682/1683

Si etiam fuerint, qui suos in Mathesi profectus publica disputatione explorare velint, iis non deerit., Wintersemester 1682/1683

Christophorus Tobias Wideburgius in gratiam eorum, qui numerandi arte, quam pleraeque disciplinae Mathematicae supponunt, destituuntur, praecepta Arithmetica, qua poterit perspicuitate, proponet. His ad finem perductis, Astronomiae, quam proximis mensibus docuit, usum in horologiis conficiendis monstrabit. [...] Docet hora secunda., Sommersemester 1683

In domestico auditorio Geometriam & Architecturam militarem proponet, & in vicinis campis auditores suos ad praxin manuducet., Sommersemester 1683

Christophorus Tobias Wideburgius siderum ordines non modo in cathedra confiderabit, & in globo

ostendet, sed etiam, quoties coelum favebit, in coelesti regione monstrabit, & postquam hac ratione Auditores ad rerum coelestium cognitionem praeparavit, ea quae ad ortus & occasus stellarum, nec non dierum ac noctium vicissitudines pertinent, perspicue proponet. [...] Docet hora secunda., Wintersemester 1683/1684

In domestico auditorio praeter Geographiam Architecturae fundamenta exponet, & eorum desideriis satisfaciet, qui rogaverunt, ut ex Opticorum potissimum & Mechanicorum doctrina ea proponat quae industriis rerum naturalium inquisitoribus maximum praestant usum., Wintersemester 1683/1684

[...] In domestico auditorio Opticam proponet, ejusque in aliis Sapientia partibus usum ostendet: [...], Sommersemester 1684

[...] nec iis deerit, qui rogaverunt, ut Trigonometriae fundamenta, & alia nona perspicue sibi explicet, quibus desitutos se reliquarum disciplinarum Mathematicarum non satis idoneos auditores esse ipsi deprehenderunt., Sommersemester 1684

Christophorus Tobias Wideburgius Geometriam publice propositurus, operam dabit, ut non solum exquisitissimis demonstrationibus Studiosorum animos ad omnes res dijudicandas acutiores reddat, sed & in vicinis campis Auditores suos ad praxin Geometricam manuducat. [...] Docet hora II., Sommersemester 1684

Christophorus Tobias Wideburgius Astronomiam publice propositurus, singularum apparentiarum coelestium causas, & calculum Astronomis familiarem perspicue explicabit; nec non singulorum problematium usum in coelo ostendens, ad observationes Auditores publice manuducet. [...] Docet hora II., Wintersemester 1684/1685

[...] In domestico auditorio exercitiis mathematicis quae superior semestri suscepit, junget Arithmeticam, nec deerit iis, qui in aliis partibus operam suam efflagitarunt., Wintersemester 1684/1685

Christophorus Tobias Wideburgius publicis praelectionibus doctrinam Staticam proponet, & hac absoluta praecipuarum machinarum cum simplicium tum compositarum mechanicam structuram & vires explicabit, easque variis hominum usibus accommodare docebit. [...] Docet hora II., Sommersemester 1685

In domestico auditorio Geometriae practicae & Architecturae militaris fundamenta sic explicabit, ut in vicinis campis Auditores ad praxin manuducat., Sommersemester 1685

Christophorus Tobias Wideburgius Mechanica machinarum consideratione ad finem perducta, rerum coelestium contemplationem auspicabitur, stellarumque motus non solum ad calculum revocare, sed & institutis crebris observationibus in ipso coelo investigare docebit.[...] Docet hora II., Wintersemester 1685/1686

In domestico auditorio praeter Arithmeticam explicabit Opticam, nec intermittet in aliis disciplinis operam desiderantibus industriam suam probare., Wintersemester 1685/1686

Christophorus Tobias Wideburgius absoluta proprii corporum coelestium motus Theoria Opcticam scientiam publice tradet., Sommersemester 1686

Christophorus Tobias Wideburgius varios sphaerae armillaris & globi coelestis usus monstrabit. His absolutis quae ad Calendarii structuram & computum Ecclesiasticum pertinent publice explicabit. [...] Docet hora secunda., Wintersemester 1686/1687

[...] In domestico auditorio praeter numerandi artem, coelestem doctrinam perspicue tradet., Wintersemester 1686/1687

Christophorus Tobias Wideburgius Geometriae practicae elementa perspicue explicabit, & in vicinis campis auditores ad praxin publice manuducet. [...] Docet hora secunda., Sommersemester 1687

[...] Privatim numerandi praecepta tradet, aliisve operam suam efflagitantium desideriis lectiones domesticas accommodabit., Sommersemester 1687

Christophorus Tobias Wideburgius absoluta triangulorum doctrina publicis lectionibus Astronomiam perspicue tradet. [...] Docet hora II., Wintersemester 1687/1688

[...] In domestico auditorio numerandi artem & Mechanicam explicabit, nec deerit aliis Studiosorum desideriis., Wintersemester 1687/1688

Christophorus Tobias Wideburgius Mechanicam publice proponet, machinarum cum simplicium tum insigniorum compositarum structuras & vires examinaturus. [...] Docet hora II., Sommersemester 1688

[...] In domestico auditorio Opticam tradet, [...], Sommersemester 1688

[...] & in fundamentis Geometriae practicae explicandis sic perget, ut auditores suos in vicinis campis ad praxin manuducat., Sommersemester 1688

Christophorus Tobias Wideburgius proprios luminarium motus & eclipsium doctrinam hoc semestri perspicue explicabit. [...] Docet hora secunda., Wintersemester 1688/1689

[...] In domestico auditorio numerandi praecepta tradet, & Architectura fundamenta suppeditabit., Wintersemester 1688/1689

Christophorus Tobias Wideburgius brevem in universam Mathesin introductionem proponens auditorum animos ad disciplinas mathematicas omnes cum fructu audiendas publice preparabit. [...] Docet hora II., Sommersemester 1689

In domestico auditorio artis Geometricae fundamenta sic applicabit, ut frequentibus exercitiis in vicinis campis instituendis praxin ostendat., Sommersemester 1689

Christophorus Tobias Wideburgius. Si per varias Magistratus Academici occupationi licebit, prima totius Matheseos principia explicare perget, Wintersemester 1689/1690

Christophorus Tobias Wideburgius publicis praelectionibus numeranda praecepta tradet. His absolutis Geometriam perspicue proponet, daturus operam, ut non solum exquisitissimis demonstrationibus auditorum animos acutiores reddat, sed & usum in variis dimensionum generibus ostendat. [...] Docet hora II., Sommersemester 1690

In domestico auditorio Geometriam practicam sic explicabit, ut auditores ad praxin in vicinis campis manuducat; nec denegabit operam in aliis disciplinis desiderantibus., Sommersemester 1690

Christophorus Tobias Wideburgius Geometriam practicam propediem absolvet; inde varia explicabit phaenomena quae Astronomorum industria detexit, & ad observationes simul coelestes auditores manuducit. [...] Docet hora II., Wintersemester 1690/1691

[...] compendium universae Matheseos desiderantibus tradet, nec non Geographiae fundamenta praeclarae eruditionis cupidis monstrabit., Sommersemester 1691

Christophorus Tobias Wideburgius selectiora Geometriae practicae problemata demonstrabit, & insignem usum in vicinis campis ostendet. [...] Docet hora II., Sommersemester 1691

[...] In domestico auditorio militaris Architecturae hodernae oppugnationi accommodatas & belli Ducibus probatas regulas proponit; [...], Sommersemester 1691

Christophorus Tobias Wideburgius nova phaenomena, quae Astronomorum industria nostro seculo per trelescopia in coelo detexit, explicabit, & mobos observationes recte instituendi frequente exercitio monstrabit. [...] Docet hora secunda., Wintersemester 1691/1692

[...] Privatim Astronomiam & Geographiam tradet, nec deerit aliis Studiosorum desideriis., Wintersemester 1691/1692

Christophorus Tobias Wideburgius artem Horographicam publice tradet, & hac absoluta selectas propositiones Euclideas explicabit. [...] Docet hora II., Sommersemester 1692

Privatim Mechanicis ac Opticis exercitationibus Studiosorum commoda promovere allaborabit; nec non intruductionem in Analysin speciosam sciendi cupidis methodo facillima tradet., Sommersemester 1692

[...] In domestico, auditorio Astronomiam tradet, nec deerit aliis Studiosorum desideriis., Wintersemester 1692/1693

Christophorus Tobias Wideburgius Analysin speciosam propediem absolvet. Hoc facto temporum rationes considerabit, ea imprimis propositurus, quae ad computum ecclesiasticum & Chronologiae fundamenta pertinent. [...] Docet hora secunda., Wintersemester 1692/1693

Christophorus Tobias Wideburgius temporum doctrinam publice explicabit, Chronologiae fundamenta ex ea deducturus. [...] Docet hora II., Wintersemester 1693/1694

Privatim non modo quae caepit exercitia strenue urgebit, sed & curiosa problemata mathematica desiderantibus suppeditabit, nec deerit illis, qui ad Algebram speciosam manuductionem expetunt., Wintersemester 1693/1694

Christophorus Tobias Wideburgius doctrinam Opticam publicis lectionibus illustrabit; varios quos curiosis rerum indagatoribus praestat usus commonstraturus. [...] Docet publice hora II., Sommersemester 1694

In domestico auditorio disciplinarum mathematicarum tyrocinia explicabit, nec deerit in aliis Sapientiae partibus manuductionem efflagiantibus., Sommersemester 1694

Christophorus Tobias Wideburgius publicis lectionibus Astronomiam perspicue proponet, ad observationes coelestes Auditores serenis noctibus simul manuducturus., Wintersemester 1694/1695

Privatim diversa quae incepit exercitia mathematica continuabit, & absolvet; nec operam suam denegabit elementarem ad universam Mathesin introductionem desiderantibus., Wintersemester 1694/1695

Christophorus Tobias Wideburgius gravium movendorum rationes lectionibus publicis demonstrabit, diversarum cum simplicium tum compositarum machinarum Structuras vires & usus examinaturus. [...] Docet hora II., Sommersemester 1695

[...] In domestico auditorio diversa exercitia mathematica absolvet, nec deerit iis qui tyrociniorum mathematicorum explicationem denuo expetunt., Sommersemester 1695

[...] In domestico auditorio Theologiam Positivam ἐν ἐπιτομῇ tradet, [...] , Sommersemester 1695

[...] eandemque aliis horis exercitiis disputatoriis ac examinatoriis repetet. [...], Sommersemester 1695

[...] Uti hactenus consuevit, sic deinceps quoque eos, qui ad ecclesiasticum munus aliquando obeundum adspirant, arte Homiletica aliisque praesidiis necessariis praeparare perget., Sommersemester 1695

Christophorus Tobias Wideburgius quamprimum per varias Vice-Rectoratus occupationes licebit, Euclidis elementa Geometriae explicabit, insignem quem universae Mathesi praestant usum declaraturus. [...] Docet hora secunda., Wintersemester 1695/1696

[...] Privata variis exercitationibus Studiosae juventutis commoda promovere perget., Wintersemester 1695/1696

Christophorus Tobias Wideburgius analyti Euclidea Mathematicum cupidos praeparare perget. Hac absoluta practicae Geometriae praecepta lectionibus publicis explicabit, extraordinariis diebus

auditores in vicinis campis excitaturus. [...] Docet hora II., Sommersemester 1696

In domestico auditorio tyrocinia Mathematica absolvet, eandem operam proprediem denuo auspicaturus: nec deerit aliis Studiosorum desideriis., Sommersemester 1696

Christophorus Tobias Wideburgius absoluta analysi Euclidea temporum doctrinam publice explicabit, ea potissimum propositurus, quae ad computum, imprimis ecclesiasticum, ac chronologiae fundamenta pertinent., Wintersemester 1696/1697

In domestico auditorio Arithmeticam & Astronomiam absolvet, aliisve discendi cupidorum desideriis satisfaciet., Wintersemester 1696/1697

[...] Disputabit publice propediem de peccato in Spiritum S., homine interno & externo, deque aliis sacrae doctrinae capitibus disputaturis operam promte commodabit., Sommersemester 1697

Christophorus Tobias Wideburgius lectiones Geometricas continuabit. His absolutis doctrinam Opticam publice explicabit; [...]. Docet hora II., Sommersemester 1697

[...] privatas lectiones Studiosorum desideriis accommodaturus., Sommersemester 1697

Christophorus Tobias Wideburgius lectiones publicas a Locorum Theologicorum explicatione nuperrime exorsus Christianae religionis capita planis & perspicuis discursibus declarabit., Sommersemester 1697

[...] In domestico auditorio dogmata sacra perspicue explicabit, & cum iis quibus hactenus ea exposuit instituto examine repetet. [...], Sommersemester 1697

[...] Exercitiis insuper homileticis Studiosos ad munus Ecclesiasticum cum fructu obeundum praeparabit. [...], Sommersemester 1697

Christophorus Tobias Wideburgius Locorum Theologicorum explicationem continuabit, & hoc semestri absolvet., Wintersemester 1697/1698

Privatam operam iis praestabit, qui post rudimenta percepta & proximo semestri instituto examine repetitia, ad pleniorem fidei peritiam adspirantes disputatorio exercitio confirmari cupiunt. In reliquorum gratiam B. Henichii Compendium perspicuis discursibus illustrabit, nec non Auditores ad sacram functionem adspirantes ad praxin homileticam manuducet [...]., Wintersemester 1697/1698

[...] publice disputaturis operam promte commodabit., Wintersemester 1697/1698

Christophorus Tobias Wideburgius Astronomiam publice tradet; apparentiarum coelestium causis, & calculi Astronomici rationibus perspicue explicatis, Auditores ad observationes coelestes manuducturus., Wintersemester 1697/1698

[...] sed & moralem Theologiae positivae partem eadem methodo tradet; [...], Wintersemester 1698/1699

[...] nec non instituto exercitio disputatorio quae proximo semestri tradidit repeter cupientibus operam suam promte commodabit., Wintersemester 1698/1699

Christophorus Tobias Wideburgius absolutis minorum planetarum Theoriis ad temporum rationes explicandas progredietur, genuina potissimum Chronologiae fundamenta publice propositurus. [...] Docet hora II., Wintersemester 1698/1699

[...] Lectiones mathematicas privatas Studiosorum desideris accommodabit., Wintersemester 1698/1699

Christophorus Tobias Wideburgius D. Locorum Theologicorum explicatione ad finem jam deducta Augustanae Confessionis articulos perspicuis discursibus illustrare aggredietur.[...], Wintersemester 1698/1699

[...] In domestico auditorio non modo fidei doctrinam denuo explicabit, [...], Wintersemester 1698/1699

Christophorus Tobias Wideburgius D. publicas in Epitomen Calixtinam lectiones sedulo continuabit, & absolvet. [...] Docet hora III., Sommersemester 1701

[...] Diebus etiam extraordinariis Christianae doctrinae capita disputationibus publicis repetet. [...], Sommersemester 1701

[...] In domestico auditorio dogmata sacra non solum perspicue explicabit, sed & instituto examine repetet cum iis, qui proximo semestri eadem audiverunt. Operam quoque commodabit iis, qui de selectis quibusdam materiis disputaturi eam desiderant., Sommersemester 1701

Christophorus Tobias Wideburgius D. Postquam Epitomes Calixtinae expositionem absolvit, [...]. Docet hora III., Wintersemester 1701/1702

[...] dogmata sacra sexaginta & quatuor disputationibus ordinariis lectionum publicarum horis instituendis repetet. [...], Wintersemester 1701/1702

[...] Domi Theologiam positivam denuo explicabit, [...], Wintersemester 1701/1702

[...] nec deerit iis, qui ad sacrum munus ecclesiasticum se praeparaturi manuductionem desiderant., Wintersemester 1701/1702

Christophorus Tobias Wideburgius D. Publicam Locorum Theologicorum explicationem propediem auspicabitur. [...] Docet publice h. III., Sommersemester 1702

[...] In domestico auditorio collegium dogmaticum continuabit, & absolvet, Theologiam moralem perspicuo discursu illustrabit, & aliis Studiosorum desideriis lectiones privatas accommodabit., Sommersemester 1702

Christophorus Tobias Wideburgius D. Lectiones publicas in Augustanam confessionem absolvet. [...], Wintersemester 1704/1705

[...] In domestico auditorio fidei doctrinam cum iis, quibus eam hactenus explicuit, instituto examine, repetet; nec non & hanc, & moralem Theologiae partem privatis lectionibus illustrabit., Wintersemester 1704/1705

Christophorus Tobias Wideburgius D. Quaestiones Theologicas de praecipuis doctrinae Christianae capitibus juxta Seriem Locorum publicis lectionibus proponet., Sommersemester 1707

Privatim dogmata sacra explicabit, atque ad artem homileticam auditores manuducet [...]., Sommersemester 1707

[...] nec non publice disputaturis operam promte accommodabit., Sommersemester 1707

Christophorus Tobias Wideburgius D. Acad. Senior, & controversiarum Professor, secundum Augustanae Confessionis & Concilii Tridentini ductum instituet collationum dogmatum, quae inter nos & Pontificios sunt controversa. [...] Docet hora III., Wintersemester 1710/1711

Privatim praecipua quaedam Scripturae dicta, quibus sacra dogmata probari solent, ab Adversariorum detorsionibus vindicabit., Wintersemester 1710/1711

[...] nec operam suam denegabit iis, qui sive publice, sive privatim, disputando exerceri cupiunt., Wintersemester 1710/1711

In domestico auditorio sacra dogmata institutis examinum exercitiis repetet, nec vlla in re iuuenum, in spem ecclesiae succrescentium, commodis pro muneris sui ratione, deerit., Wintersemester 1710/1711

Christoph. Tob. Wideburgius D. controversiarum theologicarum professioni admotus, facto demandati muneris initio, publicam instituit collationem inter articulos Augustanae confessionis, &

canones concilii Tridentini, & hanc telam, favente Numine, omni industria pertexet. [...] Docet hora III., Sommersemester 1711

In domestico auditorio, studiosorum desideriis obsecutus, dogmata sacra nunc explicat, & hunc etiam laborem omni studio continuabit., Sommersemester 1711

[...] nec unquam deerit iis, qui disputando profectus suos explorare cupiunt., Sommersemester 1711

Christoph[orus] Tob[ias] Wideburgius D. praelectiones publicas in praecipuas controversias quae nobiscum Socianianis intercedunt continuabit & absolvet., Wintersemester 1712/1713

Privatim Christianae doctrinae capita perspicue explicabit, nec non illustriora quaedam Scripturae dicta, quibus Ecclesia coelestem doctrinam adversus contradicentes defendere solet, explicabit [...]., Wintersemester 1712/1713

[...] nec deerit disputare cupientibus., Wintersemester 1712/1713

Christoph. Tob. Wideburgius D. absolutis controversiis quae Ecclesiae cum Socinianis intercedunt, Quakerorum doctrinam cum S. Scriptura, & Protestantium libris symbolicis conferet. [...] Docet hora III., Sommersemester 1713

Privatim fidei doctrinam, quam hactenus tradidit, per disputationes repetet, & moralem Theologiae partem perspicue illustrabit. [...] Docet hora III., Sommersemester 1713

Iis etiam qui disputationibus publicis vires periclitari cupiunt operam suam lubentissimae praestabit., Sommersemester 1713

Christoph. Tob. Wideburgius D. collationem doctrinae fanaticae cum libris nostris symbolicis absolvet. Hac finita controversias quae nobis cum Pontificiis intercedunt publice examinabit. [...] Docet hora III., Wintersemester 1713/1714

Privatim finitis exercitiis examinatoriis & disputatoriis fidei doctrinam juxta seriem locorum Theologicorum, nec non Theologiam moralem perspicue declarabit., Wintersemester 1713/1714

[...] nec deerit iis, qui, sive publice, sive privatim disputare cupiunt., Wintersemester 1713/1714

Christoph. Tob. Wideburgius D. strenue perget in controversiis quae Protestantium ecclesiae cum Pontificiis intercedunt, controversiis singulis disputationem publicam diebus extraordinariis interpositurus. [...] Docet hora III., Sommersemester 1714

Privatim Christianae religionis capita perspicue explicabit, & quae tradidit exercitiis examinatoriis & disputationibus privatis repetet., Sommersemester 1714

Christoph. Tobias Wideburgius D. controversiarum quae nostris ecclesiis cum reformatis intercedunt explicationem continuabit, & favente Numine absolvet. [...] Docet hora III., Wintersemester 1714/1715

In domestico auditorio Theologiam positivam perspicue explanare perget [...]., Wintersemester 1714/1715

[...] nec operam suam denegabit iis, qui sive publice, sive privatim profectus suos disputando explorare cupiunt., Wintersemester 1714/1715

Christoph. Tob. Wideburgius D. controversiarum quae nostris ecclesiis cum reformatis intercedunt explicationem continuabit, & favente Numine absolvet. [...] Docet hora III., Sommersemester 1715

In domestico auditorio Theologiam positivam perspicue explanare perget [...]. [...] Docet hora III., Sommersemester 1715

[...] nec operam suam denegabit iis, qui sive publice, sive privatim profectus suos disputando explorare cupiunt., Sommersemester 1715

Christoph. Tob. Wideburgius D. quaestionibus inter nos & Reformatos controversi ad finem perductis, controversias quae Ecclesiae Christi cum Socinianis intercedunt pertractabit. [...] Docet h. III., Wintersemester 1715/1716

[...] Privatim Christiana dogmata perspicue explicabit, non neglecturus exercitia disputatoria & examinatoria., Wintersemester 1715/1716

Christoph[erus] Tob[ias] Wideburgius D. Postquam controversias contra Pontificos absoluit, eas quae Eccleasiae cum Socinianis intercedunt, proponet &, si per varias Vice Rectoratus, quem gerit, occupationes licebit, mensibus aestivis absolvet. [...] Docet hora III., Sommersemester 1716

Privatim Christiana dogmata perspicue explicabit. Docet hora III., Sommersemester 1716

Christoph[erus] Tob[ias] Wideburgius D. eorum quae inter Christianos & Socinianos controversa sunt examen absolvet; & hoc facto Weigelianorum aliorumque Fanaticorum doctrinas sub examen vocabit. [...] Docet hora III., Wintersemester 1716/1717

Privatim dogmatum theologicorum explicationem absolvet [...]., Wintersemester 1716/1717

[...] nec deerit iis, qui vel publicis vel privatis disputationibus exerceri cupiunt., Wintersemester 1716/1717

Christoph. Tob. Wideburgius D. Academiae Senior, lectiones publicas contra Socinianos absolvit. Proxima aestate singulares Fanaticorum sententias ab orthodoxia recedentes ennarrabit, & stabilita sacrarum sententias ab orthodoxia recedentes ennarrabit, & stabilita sacrarum literarum testimoniis coelesti veritate, huic oppositos errores solidis rationibus destruet. [...] Docet hora III., Sommersemester 1717

Privatim vel fidei doctrinam, vel Theologiam moralem declarabit, &, si auditoribus ita videbitur, exercitiis examinatoriis vel disputatoriis repetet., Sommersemester 1717

Christoph. Tob. Wideburgivs, D. lectionibus publicis hactenus Fanaticorum errores examinavit, & hanc operam proprediem absolvet. Hoc facto, progredietur ad controversias quae Protestantibus cum Pontificiis intercedunt, secundum ordinem sessionum concilii Tridentini explicandas. [...] Docet hora III., Wintersemester 1717/1718

Privatim etiam exercitia, quae ex usu auditorum fore estimaverit, instituet., Wintersemester 1717/1718

## Dissertationen (15)

De Obscuratione Solis In Passione Dominica Dissertatio Mathematica, 20.04.1687. VD17 12:175427S

De Lumine Lunari  Disputatio Mathematica, 31.03.1682. VD17 23:251741D

De Admiranda Vi Naturae Secunda Disputationum Philosophicarum, 31.05.1679. VD17 3:019277K

De Analysi Syllogismorum Prima Exercitationum Logicarum, 29.03.1673. VD17 3:021954E

De Admiranda Vi Natvrae Prima Exercitationum Philosophicarum , 29.03.1679. VD17 3:016372P

Disputatio theologica  De peccato in spiritum sanctum, 14.04.1697. VD17 23:253607B

Disputatio theologica De homine interno et externo, 24.07.1697. VD17 1:045148K

Disputatio theologica De personali christi, 30.11.1698. VD17 12:122145U

Disputationum theologicarum De obligatione votorum monasticorum prima, 06.08.1701

Disputationum theologicarum De obligatione votorum monasticorum secunda, 19.10.1701

Machaerologia quam disputatione theologica inaugurali De gladio in sacramentorum reverentiam deponendo, 15.11.1709

Dissertatio theologica De ministerio ecclesiastico erroribus fanaticis, inprimis iis, qui in epistolis theosophicis, uti vocantur, anno MDCCX publicatis, continentur, opposita, 03.02.1712

Disputatio theologica inauguralis De mutua fidelium epichoregia ad corporis christi mystici aedificationem dirigenda ex Eph. IV. v. 16, 14.09.1717

Disputatio Theologica De Praegustu Vitae Aeternae , 30.10.1700. VD17 1:045303F

Disputationum Theologicarum Undecima De Peccato Actuali , 31.03.1696. VD17 12:620368T

## Beteiligung an Dissertationen (2)

Respondent in: Wiedeburg Heinrich (Präses): De Operationibus Dei, Intellectione, Ac Gubernatione Huius Universi Exercitatio Philosophica, 26.05.1669. VD17 3:000415Y

Respondent in: Heinrich Wiedeburg (Präses): Disputatio theologica inauguralis Qua theologicae fanaticae fundamentum de tribus partibus hominis corpore anima et spiritu, 20.06.1695. VD17 23:253624S

## Reden und Programme (12)

Christoph Tobias Wiedeburg: Programma Memoriae Nobilissimae ac omni virtutum genere ornatissimae Matronae Annae Margarethae Behrens ... Dn. Joh. Bartholdi Niemeieri SS. Theol. Doctoris, primae Philosophiae ac Logices in Illustri Academia Iulia Professoris publici ... Coniugis D, 19.12.1695. VD17 23:263567P

Christoph Tobias Wiedeburg: Programma In Festo Natalis Domini Et Servatoris Nostri Jesu Christi. VD17 23:250520T

Christoph Tobias Wiedeburg: Programma Festo S. Michaelis Archangeli In Academia Iulia P.P. VD17 23:250518X

Christoph Tobias Wiedeburg: Programma Festo Michaelis Archangeli. VD17 23:232750A

Christoph Tobias Wiedeburg: Oratio praedicans Seculi Nostri Felicitatem In Detegendis Iis Quae Priscis Mathematicis In Coelo Fuerunt Incognita, 25.09.1680. VD17 23:252191H

Christoph Tobias Wiedeburg: Programma in funere ... Joh. Bartholdi Niemeieri, 20.05.1708

Christoph Tobias Wiedeburg: Programma In Funere Amplißimi, Consultißimi & Prudentißimi Viri Johannis Burchardi Kleinschmids/ Consulis & Syndici Helmstadiensis optime meriti. d. VII. Augusti pie defuncti P.P., 11.09.1681. VD17 23:262034Q

Christoph Tobias Wiedeburg: Programma In Funere Eximii Et Praestantissimi Iuvenis Danielis Ernesti Lamprechti S. Theol. Studiosi, 21.02.1686. VD17 23:262098K

Christoph Tobias Wiedeburg: Programma In Funere Nobilissimae & omni Virtutum laude Conspicuae Foeminae, Johannae Mariae Cunoniae, ... Dn. Pauli Bergmanni ... Relictae Viduae, 29.05.1690. VD17 23:262183V

Christoph Tobias Wiedeburg: Programma Lectionibus Publicis Praemissum, 31.10.1679

Christoph Tobias Wiedeburg: Programma In Festo Natalis Domini Et Servatoris Nostri Iesu Christi

Christoph Tobias Wiedeburg: Programma Festo Nativitatis Christi

## Beteiligung an Reden und Programmen (2)

contributor in: Prorektor und Senat der Universität Helmstedt: Programma Memoriae Viri Maxime Reverendi Et Amplissimi Christophori Tobiae Wideburgii ..., 12.12.1717

contributor in: Justus Christoph Böhmer: Programma Qvo Orationem De Victoria A Tvrcis Anno Hoc

Reportata Et Belgradi Deditione

## Rechenschaftsberichte

| | |
|---|---|
| Zeitraum | |
| Text | |
| Quelle | 37 Alt 2532, Fol. 5 f. |

| | |
|---|---|
| Zeitraum | |
| Text | |
| Quelle | |

| | |
|---|---|
| Zeitraum | 11.01.1701–18.03.1701 |
| Text | Anno MDCCI Mense Ianuaris / Die 11 ♂ Dixi de intuitiva cognitione Dei. / Die 13 ♃ et Die 14 ♀ Voluntatem beatorum consideravi. / Die 17 ☽ Egi de appetitu sensitivo et organi sensum. / Die 18 ♂ Dotes corporum beatorum spectavi. / Die 20 ♃ et Die 21 ♀ Dixi de inferno et cetera damnatione. / Die 24 ☽ Doctrinam de novissimis absolvi. / Die 25 ♂ Ad partem secundam pactis communi progressus ordinis rationem cum autore explicui / Die 27 ♃ et Die 28 ♀ Erat mutatio Vice-Rectoratus. / Die 31 ☽ Ostendi quomodo theologia naturalem de Deo cognitionem supponat. / Mense Februarii / Die 1 ♂ Egi de notionibus divinis. / Die 3 ♃ et Die 4 ♀ et Die 7 ☽ et Die 8 ♂ et Die 10 ♃ et Die 11 ♀ Propter consistoria privata et nundinas Brunsvicenses non legi. / Die 14 ☽ Terminos declaravi quibus mysterium Trinitatis proponi solet. / Die 15 ♂ Proprietates divinarum personarum explicui. / Die 17 ♃ Egi de relationibus divinarum personarum explicui [?]. / Die 18 ♀ et Die 21 ☽ Essertiam â personis distinguebam. / Die 22 ♂ Pluralitatem personarum demonstravi. / Die 24 ♃ Ostendi essentiae unitatem. / Die 25 ♀ Egi de personalitate Spiritus Sanctus. / Die 28 ☽ Personarum districtionem consideravi. / [v] / Mense Martis / Die 1 ♂ et Die 3 ♃ Divinitatem Christi demonstravi. / Die 4 ♀ et Die 7 ☽ Spiritus Sanctus divinitatem probavi. / Die 8 ♂ et Die 10 ♃ Egi de Spiritus Sanctus processione â Patre et Filio. / Die 11 ♀ Discrimen inter generationem spirationem et processionem declaravi. / Die 14 ☽ et Die 15 ♂ Erant nundinae oppidanae. / Die 17 ♃ et Die 18 ♀ Ad doctrinam de creatione progressus dixi de Angelorum creatione lapsu et perseverantia. / Sequebatur hebdomas magna cum feriis paschalibus. / Christoph Tobias Wideburgius Doctor |
| Quelle | 37 Alt 2530, Fol. 89 |

| | |
|---|---|
| Zeitraum | 04.04.1701–30.06.1701 |
| Text | Anno MDCCI Mense Aprilis / Die 4 ☽ et Die 5 ♂ et Die 7 ♃ Doctrinam de imagine Dei ex epitome Calixtina proposui. / Die 8 ♀ et Die 11 ☽ Quae de statu hominis ante lapsum explicanda restabant declaravi. / Die 12 ♂ et Die 13 ♃ et Die 15 Statum hominis post lapsum consideravi. / Die 18 ☽ et Die 19 ♂ Doctrinam de libero hominis arbitrio exposui. / Die 21 ♃ et Die 22 ♀ Praecipuae errores circa hanc doctrinam notavi. / Die 25 ☽ Peccati naturam in genere declaravi. / Die 26 ♂ et Die 28 ♃ et Die 29 ♀ Orthodoxam de peccato originali doctrinam exhibui. / Mense Maius / Die 2 ☽ et Die 3 ♂ De propagatione peccati orginalis dixi. / Die 5 ♃ Erat festum ascensionis |

| | |
|---|---|
| | Dominicae. / Die 6 ♀ et Die 9 ☽ et Die 10 ♂ Errores praecipuos in hac doctrina fugiendos indicavi. / Die 12 ♃ et Die 13 ♀ Dixi de motibus primo-primis. / Sequebantur feriae pentecostales. / Die 26 ♃ et Die 27 ♀ et Die 30 ☽ Doctrinam de peccato actuali absolvi. / Die 31 ♂ Consideravi peccatum in Spiritum Sanctum. / Mense Iunio / Die 2 ♃ et Die 3 ♀ et Die 6 ☽ Praecipuos errores circa doctrinam de peccato actuali indicavi. / [v] / Die 7 ♂ et Die 9 ♃ et Die 10 ♀ Dixi de gratia Dei primo salutis nostrae principio. / Die 13 ☽ et Die 14 ♂ et Die 16 ♃ et Die 17 ♀ Decretum praedestinationi explicui. / Die 20 ☽ et Die 21 ♂ Reformatorum doctrinam de pradestinatione examinavi. / Die 23 ♃ De incarnatione filii Dei dicere coepi. / Die 24 ♀ Celebrabatur memoria Sancti Iohannis. / Die 27 ☽ Humanam Christi naturam spectavi. / Die 28 ♂ et Die 30 ♃ Propter disputationem inauguralem et promotionem non legi. / Disputationes publicas habui octo / De natura Theologiae / Sacra Scriptura / Novissimis / Attributis divinis / Mysterio Trinitatis / Creatione / Providentia / Angelis / Christoph Tobias Wideburgius Doctor |
| Quelle | 37 Alt 2530, Fol. 90 |
| | |
| Zeitraum | 01.07.1701–27.09.1701 |
| Text | Anno 1701 Mense Iulio / Die 1 ♀ et Die 4 ☽ Unionem duarum in Christo naturarum consideravi. / Die 5 ♂ et Die 7 ♃ et Die 8 ♀ Praecipuos circa Christi personam errores enarravi et examinavi. / Die 11 ☽ et Die 12 ♂ Erant nundinae oppidanae. / Die 14 ♃ et Die 15 ♀ Exposui doctrinam de communicatione idiomatum. / Die 18 ☽ et Die 19 ♂ Spectavi officium Christi sacerdotale. / Die 21 ♃ Erat mutatio Vice-Recotratus. / Die 22 ♀ De officio Christi prophetico, nec non de regio dixi. / Die 25 ☽ et Die 26 ♂ et Die 28 ♃ et Die 29 ♀ Doctrinam de Iustificatione hominis peccatoris coram Deo explicui. / Mense Augustus / Die 1 ☽ et Die 2 ♂ et Die 4 ♃ et Die 5 ♀ Pontificiorum errores circa articulum de Iustificatione proposui et examinavi. / Die 8 ☽ et Die 9 ♂ Fidem Iustificantem consideravi. / Die 11 ♃ Doctrinam de Iustificatione absolvi. / [v] / Die 12 ♀ et Die 15 ☽ Doctrinam de verbo logi et evangelii [?] explicui. / Die 16 ♂ et Die 18 ♃ Consideravi pacta quae Deus cum hominibus iniit. / Die 19 ♀ et Die 22 ☽ De sacramentis in genere dixi. / Die 23 ♂ Spectavi sacramenta Veteris Testamenti / Die 25 ♃ et Die 26 ♀ et Dies 29 ☽ Egi de Baptismo / Die 30 ♂ Ad sacramentum Eucaristiae progrediebar. / Mense Septembris / Die 1 ♃ et Die 2 ♀ In praecedente materia declaranda occupatus fui. / Die 5 ☽ et Die 6 ♂ Erant nundinae oppidanae. / Die 8 ♃ et Die 9 ♀ Pontificiorum errores in hoc articulo examinavi. / Die 12 ☽ Reformatorum errores expendebam. / Die 13 ♂ et Die 15 ♃ et Die 16 ♀ Sacrificium missae Pontificiorum examinavi. / Die 19 ☽ et Die 20 ♂ De ministerio verbi dixi. / Die 22 ♃ Egi de poenitatia. / Die 23 ♀ Egi de renovatione et bonis operibus. / Die 26 ☽ et Die 27 ♂ Quae in Epitome Calixtina explicanda restabant exposui. / Sequebatur festum Michaelii cum ferii ordinarii. Disputavi publice mense Augusto de obligatione rituum monasticorum [?] nec non confectas disputationes publicas continuavi, et perduxi ad disputationem XVII. / Christoph Tobias Wideburgius Doctor. |
| Quelle | 37 Alt 2530; 37 Alt 211 Heft 1, Fol. 91; Fol. 26 f. |
| | |
| Zeitraum | 30.09.1701–20.12.1701 |
| Text | Anno MDCCI Mense Octobris, Novembris et Decembris / Explicatione |

| | |
|---|---|
| | Epitomes Calixtinae ad finem deducta auditores me rogaverunt, ut quae hactenus proposuissem disputationibus publicis perpetuem. Horum desiderii locum concedens constitui, loco lectionum publicarum disputationibus publicis sexaginata et quatuor ordinariis lectionis meae horis, et quidem gratis habendis Christianae religionis capita repetere. Ad hac Theologiae studiosos programmate typis expresso invitavi. Disputationes autem auspicare non licuit ante diem 10 Novembris disputavi itaque. / Novembris / Die 10 ♃ De natura Theologiae in genere / Die 11 ♀ De Theologica noctata [?]. / Die 14 ☽ et Die 15 ♂ Erant nundinae oppidane. / Die 17 ♃ et Die 18 ♀ Distractio librorum Calixtinorum lectiones impedivit. / Die 21 ☽ et Die 22 ♂ et Die 24 ♃ et Die 25 ♀ Disputavi de religione in genere et in specie de naturali idololatria et Muhammidana. / Die 28 ☽ De religione iudaica. / Die 29 De Christiana. / [v] / Decembris / Die 1 ♃ et Die 2 ♀ et Die 5 ☽ et Die 6 ♂ Disputavi de Sacrae Scripturae origine, canone perfectione et perspicuitate. / Die 8 ♃ De morte corporis. / Die 9 ♀ De statu animae separatae. / Die 12 ☽ Examen candidati lectionem impedivit. / Die 13 ♂ Disputavi de resurrectione mortuorum. / Die 15 ♃ Habebatur disputatio inauguralis. / Die 16 ♀ Disputavi de fine huius mundi. / Die 19 ☽ De supremo iudicio. / Die 20 ♂ De vita aeterna. / Sequebantur feriae natalitae. / Christoph Tobias Wideburgius Doctor |
| Quelle | 37 Alt 2530, Fol. 92 |

| | |
|---|---|
| Zeitraum | 10.01.1702–10.03.1702 |
| Text | ANNO MDCCII MENSE IANUARIO / Die 10 ♂ et Die 12 ♃ Egi de notitia die naturali. / Die 13 ♀ et Die 16 ☽ et Die 17 ♂ De mysterio Trinitatis. / Die 19 ♃ et Die 20 ♀ De creatione huius universi. / Die 23 ☽ et Die 24 ♂ De conservatione. / Die 26 ♃ De gubernatione huius universi. / Die 27 ♀ et Die 30 ☽ De angelis. / Die 31 ♂ De pacto legali et evangelico. / FEBRUARIO / Die 2 ♃ Erat festum purificationis. / Die 3 ♀ Disputavi de pacto Abrahamitico et Mosaico. / Sequenti hebdomade erant nundinae Brunsivenses. / Die 13 ☽ et Die 14 ♂ Disputavi de imagine Dei. / Die 16 ♃ et Die 17 ♀ De peccato orginali. / Die 20 ☽ et 21 Die ♂ et Die 23 ♃ De peccato actuali. / [v] / Die 24 ♀ et Die 27 ☽ et Die 28 ♂ De persona Christi. / MARTIO / Die 2 ♃ et Die 3 ♀ De officio Christi. / Die 6 ☽ De duplici statu Christi. / Die 7 ♂ et Die 9 ♃ De praedestinatione. / Die 10 ♀ De viribus humanis post lapsum disputavi. / Postmodum pectori affectus lectiones impedivit, nec redire ad eas licuit ante ferias paschales. / Christopherus Tobias Wideburgius doctor. |
| Quelle | 37 Alt 2531, Fol. 104 |

| | |
|---|---|
| Zeitraum | 03.04.1702–30.05.1702 |
| Text | ANNO MDCCII Mense Aprilis / Die 3 ☽ et Die 4 ♂ Erant nundinae oppidanae. / Die 6 ♃ et Die 7 ♀ Disputavi de viribus humanis post lapsum. / Sequebatur hebdomas magna cum feriis paschalibus. / Die 27 ♃ Disputavi de iustificatione. / Die 28 ♀ De fide iustificante. / Mai / Die 1 ☽ De certitudine salutis. / Die 2 ♂ De renovatione. / Die 4 ♃ De necessitate bonorum operum. / Die 5 ♀ De poenitentia. / Die 8 ☽ De confessione privata. / Die 9 ♀ De notis ecclesiae. / Die 11 ☽ De capite ecclesiae. / Die 12 ♀ De notis ecclesiae. / Die 15 ☽ De sacramentis in genere. / Die 16 ♂ De baptismo. / Die 18 ♃ De effectu baptismi. / Die 19 ♀ De anabaptismo. / Die 22 ☽ Preces fundebantur pro frugibus. / Die 23 ♂ Disputavi de spirituali [?] manducatione corporis Christi. / |

| | |
|---|---|
| | Die 25 ♃ Erat festum ascensionis dominicae. / Die 26 ♀ Disputavi de transsubstantiatione pontificia. / [v] / Die 29 ☽ De communione sub utraque. / Die 30 ♂ De sacrificio missae. / Sequebantur feriae pentecostales. / Die 15 Exactis feriis studiosos programmate publico ad locorum Theologicorum explicationem invitari. / Die 19 ☽ et Die 20 ♂ De natura Theologiae in genere dixi. / Die 22 ♃ et Die 23 ♀ Egi de Theologia naturali. / Die 26 ☽ et Die 27 ♂ Theologiam habitualem â fide distinguebam. / Die 29 ♃ et Die 30 ♀ Ostendi quod Theologia sit habitus acquisitus. / Christopherus Tobias Widerburgios doctor |
| Quelle | 37 Alt 2531, Fol. 105 |

| | |
|---|---|
| Zeitraum | 03.07.1702–25.09.1702 |
| Text | ANNO MDCCII Mense Iulio / Die 3 ☽ et Die 4 ♂ Enthusiastarum errores circa primum Theologiae principium examinavi / Die 6 ♃ Ostendi Theologiam esse scientiam / Die 7 ♀ Eandem habitum practicum esse ostendi / Die 10 ☽ et Die 11 ♂ Erant nundinae oppidanae / Die 13 ♃ et Die 14 ♀ Finem Theologicae internum et externum spectavi / Die 17 ☽ et Die 18 ♂ Egi de subiecto inhaesionis et operationis / Die 20 ♃ Erat mutatio Vice-Rectoratus / Die 21 ♀ Dixi de obiecto Theologiae materiali / Die 24 ☽ Egi de articulis fundamentalibus et non fundamentalibus / Die 25 ♂ et Die 27 ♃ Obiectum formale in Theologia constitui / Die 28 ♀ et Die 31 ☽ Distinctionem Theologiae in docentem et utentem declaravi / Mense Augusto / Die 1 ♂ et Die 3 ♃ De requisitis idonei Theologiae auditoris egi / Die 4 ♀ Doctrinam de Theologia in genere absolvi / Die 7 ☽ et Die 8 ♂ et Die 10 ♃ Varios consideravi revelationum modos, quibus deus voluntatem suam patefecit / Die 11 ♀ De divina origine Sanctae Scripturae dicere coepi / Sequente hebdomade Brunsvicensium nundinae lectiones impediverunt / Die 21 ☽ Discrimen inter δεοπνευηαν et revelationem declaravi / Die 22 ♂ et Die 24 ♃ et Die 25 ♀ Divinem Sanctae Scripturae originem probavi / [v] / Die 28 ☽ et Die 29 ♂ et Die 31 ♃ De libris canonicis Veteris Testamenti dicere coepi / Septembris / Die 1 ♀ De libris canonicis Novi Testamenti dicere coepi / Die 4 ☽ et Die 5 ♂ Erant nundinae oppidanae / Die 7 ♃ Praecedentem materiam absolvi / Die 8 ♀ et Die 11 ☽ Perfectionem Sanctae Scripturae consideravi / Die 12 ♂ et Die 14 ♃ et Die 15 ♀ Egi de interpretatione Sanctae Scripturae / Die 21 ♃ et Die 22 ♀ De praecipuis Sanctae Scripturae versionibus dixi / Die 25 ☽ Doctrinam de Sancta Scriptura absolvi / Sequebantur feriae ordinariae / Christopherus Tobias Wideburgius doctor |
| Quelle | 37 Alt 2531, Fol. 106 |

| | |
|---|---|
| Zeitraum | 02.10.1702–19.12.1702 |
| Text | ANNO MDCCII MENSE OCTOBRIS / Die 2 ☽ et Die 3 ♂ In doctrina de distinctione personarum explicanda perrexi. / Die 5 ♃ Eandem absolvi. / Die 6 ♀ De notionibus divinis dicere coepi. / Die 9 ☽ Paravi cognatum funus. / Die 10 ♂ Locum de mysterio Trinitatis absolvi. / Die 12 ♃ Progressus sum ad locum de creatione huius universi. / Die 13 ♀ et Die 16 ☽ et Die 17 ♂ In eadem doctrina explicanda occupatus fui. / Die 19 ♃ Exhibui opus primi diei. / Die 20 ♀ Spectavi opus secundi diei. / Die 23 ☽ Egi de opere tertii diei. / Die 24 ♂ Consideravi opus quarti diei. / Die 26 ♃ Explicui opus quinti diei. / Die 27 ♀ Progressui sum ad opus sexti diei. / Die 30 ☽ et Die 31 ♂ Egi de creatione |

hominis. / MENSE NOVEMBRIS / Die 2 ♃ et Die 3 ♀ Ad consistorium privatum vocatus non legi. / Die 6 ☽ Ad locum de providentia divina progressus sum. / Sequentibus huius mensis diebus pectoris affectu impeditus non potui docere, nec <> ad operas consuetas ante mensis proximi diem undecimum. / [v] / MENSE DECEMBRIS / Die 11 ☽ et Die 12 ♂ In doctrina de providentia divina explicanda perrexi. / Die 14 ♃ et Die 15 ♀ De providentia generali speciali et specialissimo egi. / Die 18 ☽ et Die 19 ♂ Egi de conservatione huius universi. / Sequebantur feriae natalitiae. / Christopherus Tobias Wideburgius doctor

Quelle 37 Alt 2531; 37 Alt 211 Heft 1, Fol. 107 f.; Fol. 100

Zeitraum 11.01.1703–30.03.1703

Text ANNO MDCCIII / Die 11 ♃ et Die 12 ♀ Providentiam divinam circa hominum actiones consideravi. / Die 15 ☽ Doctrinam de providentia divina absolvi. / Die 16 ♂ Ad locum de angelis progressus sum. / Die 18 ♃ Examen Candidati lectionem impedivit. / Die 19 ♀ Intellectum angelorum spectavi. / Die 22 ☽ et Die 23 ♂ Eorundem voluntatem consideravi. / Die 25 ♃ Erat mutatio Vice-Rectoratus. / Die 26 ♀ De potentia angelorum dixi. / Die 29 ☽ et Die 30 ♂ Egi in specie de angelis bonis. / Mense Februario / Die 1 ♃ Disputatio inauguralis habebatur. / Die 2 ♀ Celebrabatur memoria purificationis Mariae. / Sequentum hebdomadem occupabant nundinae Brunsvicenses. / Die 12 ☽ Doctrinam de angelis absolvi. / Die 13 ♂ Nuptiis vicini interfui. / Die 15 ♃ et Die 16 ♀ Progressus sum ad Locum de imagine dei. / Die 19 ☽ et Die 20 ♂ Expendi qualis fuisset homo, si placuisset Deo ipsum absque imagine sua creare. / Die 22 ♃ Consideravi intellectum primi hominis. / Die 23 ♀ Egi de voluntate eius. / Die 26 ☽ Spectavi appetitum sensitivum. / Die 27 ♂ Praecipuas controversias circa hanc doctrinam explicare coepi. / [v] / Mense Martio / Die 1 ♃ et Die 2 ♀ et Die 5 ☽ In eadem materia explicanda occupatus fui. / Die 6 ♂ Progressus sum ad Locum de peccato. / Die 8 ♃ et Die 9 ♀ Egi de peccato in genere. / Die 12 ☽ et Die 13 ♂ et Die 15 ♃ Egi in specie de peccato originali. / Die 16 ♀ Spectavi reliquias peccati originalis in renatis. / Die 19 ☽ et Die 20 ♂ Praecipuos <> circa doctrinam de peccato originali consideravi. / Die 22 ♃ et Die 23 ♀ Egi de peccato actuali. / Die 26 ☽ et Die 27 ♂ Erant nundinae oppidanae. / Die 29 ♃ et Die 30 ♀ Consideravi in specie peccatum in Spiritum Sanctum / Christoph Tobias Wideburgius Doctor

Quelle 37 Alt 2532, Fol. 112

Zeitraum 26.04.1703–21.06.1703

